



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 125. Papa ab Hispano Legato circumventus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. CXXIV.

Sæcul. XVI.

A. C. 1525.

*Fæderis paœta a Cœsare proposita**Papœ judicio ambiguis verbis**repleta.*

**P**aulo post Ervera Ordinis Equestris

Commendator hujus fœderis tabulas in Italiam detulit, easque ad Suesæ Ducem, qui Romæ pro Carolo V. legatione fungebatur, transmisit, ut illas summus Pontifex ratas haberet. His perfectis Clemens eas ambiguis, tamque dubiis verbis conceptas reperit, ut assensu suo illas firmare renueret. Equidem Imperator se Mediolanensem Ducatum Sfortiæ, si pristinæ restitueretur valetudini redditurum, aut si moreretur, illius possessionem Cœsareo diplomaticate Borbonio Duci asserturum spondit: nihilominus Datarius, nomine *Giberti*, summo Pontifici significabat, quod vox: *moreretur*, ambigua esset, cum de morte civili æque ac naturali intelligenti posset, ut proin nequidem violata promissi fide Cœsari integrum foret, Sfortiam instructis contra eum actis condemnare, & Borbonio Ducatum, quo Sfortiam spoliaverat, concedere.

§. CXXV.

*Papa ab Hispano Legato circumventus.*

Ipse met Suessiæ Dux plurimum se mi-

O o 4

rari

**Sext. XVI** rari simulabat, quod fœderis conditio-  
**A.C. 1545** nes ambiguis adeo verbis conscriptæ  
 essent, id tamen ex industria minime  
 factum constanter asseverabat, Pontifici  
 etiam significans, pacta, ut sibi benevi-  
 sum fuerit, libere conciperet, insuper fi-  
 dem suam obstrinxit, se Cæsari persua-  
 surum, ut huic foederi infra bimestre  
 subscriberet, dummodo vicissim Papa  
 sponderet, se interea quiete permanen-  
 rum, nec ullo pacto armorum societa-  
 ti cum Gallis, Venetisque fancitæ ac-  
 cessurum. Hæc Legatus tanta propo-  
 suit fiducia, ut Papa promissi amplitu-  
 dine seductus cunctis conditionibus an-  
 nueret, id licet dissuadentibus suorum  
 amicorum non paucis, qui dolum sub-  
 esse haud temere suspicabantur.

## §. CXXVI.

*Piscarii Marchionis obitus.*

**Paul. Gov.** **H**æc Mensa Novembri gesta fuere an-  
**hist. Piscarii.** no Domini millesimo quingentesi-  
**Guicciardini l. 16.** mo vigesimo quinto, quo Mediolanensis  
**Ant. de Vera** Dux pristinæ restitutus erat valetudini:  
**p. 17.** econtra vero Piscarius Marchio die vi-  
**M. Zerai** gesima nona ejusdem Mensis anno æ-  
**abregé chro-** tatis suæ trigesimo sexto Mediolani vi-  
**40.4. p. 317.** vis ereptus est, non sine ingenti Vene-  
 torum commodo, qui abs dubio temeri-  
 tatis suæ, qua coram Caracciolo se Cæ-  
 faris hostes declarabant, severas dedis-  
 sent